



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

**Luxemburgi, 1740**

CXXVII. Confirmatur patentes Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum  
Sancti Francisci de Observantia Literæ, quibus nonnuli Ordinis sui religiosi  
deputantur ad quæstuandum in certis statutis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](#)

esse, suosque plenarios & integros effectus in omnibus & per omnia fortiri & obtinere, ac eidem Congregationi Boni Regiminis, aliisque, ad quos nunc spectat & pro tempore quomodolibet spectabit in futurum, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, ac a Communitatibus seu Universitatibus predicatorum Officialibus & Ministris supradictis, illarumque debitoribus, etiam, ut praesertim, qualificatis predictis inviolabiliter observari & adimpleri, nec ab eisdem presentibus ullo unquam tempore resiliiri aut recedi posse: & quidquid fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus.

Specialis obstantium omnium dero-gatio.

**S. 11.** Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra & Cancellariae Apostolicae Regula, ac pie me. Pii Papa Quarti, etiam praedecessoris Nostri, de gratiis, interesse Camera Apostolicae quomodolibet concernentibus, in eadem Camera infra certum tunc expressum tempus registrandis ac insinuandis, aliisque Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis dictarum Communitatibus seu Universitatibus Status Ecclesiastici predicti, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmatae alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulxit, & literis Apostolicis, eisdem Communitatibus seu Universitatibus, aut illarum Officialibus & Ministris supradictis, necnon Camerario, Thesaurario generali Camerae Apostolicae, ejusque Curia Caufarum generali Auditori, aut Presidentibus Clericis, & Caufarum dicti Palatii Auditoribus, & etiam in vim dictarum regularum predicat S. R. Ecclesiae Cardinalibus, etiam de latere Legatis, competentibus, aliisque Cardinallium Congregationibus predictis, & quibusvis aliis personis, ac etiam Societatis, Collegiis, Hospitalibus utriusque sexus, Monasteriis, Ecclesiis, & piis Locis quibuscumque, alias in contrarium praemissorum quomodolibet concessis. Quibus omnibus & singulis, etiam si illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales mentio seu quavis alia expressio facienda & habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum omnium & singulorum tenores eisdem praesentibus etiam pro plene & sufficiente expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, latissime & plenissime, ac specialiter & expresse, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque; Aut si aliquibus communiter, aut dividim ab eadem sit Sede induitum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint, per Literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de induito hujusmodi mentionem.

Fides Transsumptorum.

**S. 12.** Volumus autem, ut earumdem praesentium transsumptis, etiam typis impremis, & sigillo alicuius in Dignitate Ecclesiastica constituti munitis, eadem prorsus fides in judicio & extra illud adhibeatur, qua ipsis praesentibus adhiberetur, si illae exhibeantur vel ostense.

**S. 13.** Nulli ergo omnino hominum licet, hanc paginam nostrae confirmationis, approbationis, roboris, adfectionis, defectuum supplicationis, declarationis, concessionis, indulti, decreti, derogationis, & voluntatis, infringere, vel ei aufo temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare presumperit, indignacionem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo

septingentesimo trigesimo quarto, pridie Idus Februarii, Pontificatus Nostri Aano Quarto.

A. Card. Pro-Datarius,

F. Card. Oliverius,

V I S A

De Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.

Loco ✠ Plumbi.

D. Stivanus.

Registrata in Secretaria Brevium.

Confirmantur patentes Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Literæ, quibus nonnulli Ordinis sui Religiosi deputantur ad quemadmodum in certis statutis Provinciis pro conservatione Terræ Sanctæ.

CLEMENS PAPA XII.

CXXVII.

Dat. die 13.  
Feb. 1734.  
Pont. An. IV.

Ad futuram rei memoriam.

**S. 1.** Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Commissarius Generalis Terræ Sanctæ in Romana Curia Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci, de Observantia nunquamputato, quod dilectus pariter filius Joannes de Soto Minister Generalis dicti Ordinis per suas patentes Literas Ministris Provincialibus Provinciarum Aratide, Sancti Antonii Capati, Pietatis, & Conceptionis della Veira, & Alyno directas, eos rogavit, monuit, & hortatus fuit, ut pro conservatione locorum ejusdem Terræ Sanctæ, Commissario dictæ Terræ Sanctæ, Matriti residenti, Religiosos unicuique Provinciæ, qui qualitatibus ad id necessariis prædicti sint, super quæstuatione eleemosynarum pro eisdem locis deputent & deputare teneantur; & alias, prout uberioris continetur in ipsius Joannis Ministri Generalis literis patentibus, defuper emanatis, ex idiomate hispanico in latinum versis tenoris, qui sequitur, videlicet:

Literæ Patentes Ministri Generalis, de hispanico in latinum idioma traductæ, sunt tenoris sequentes.

Fr. Joannes de Soto Lector Jubilatus, Theologus Majestatis suæ, & congressus Immaculatae Conceptionis, Minister Generalis totius Ordinis S. P. N. Francisci, & Servus &c.

Literæ, de  
quibus in Ru-  
brica.

RR. PP. Provincialibus presentibus & futuris Provinciarum nostrarum Arabida, Sancti Antonii Capati, - Pietatis, & Conceptionis della Veira, & Alyno, salutem & pacem in Domino Nostro Iesu Christo.

Quoniam inter ea, quibus nostra Seraphica Religio curam & solitudinem majori vigilancia impendere debet, potissima est conservatio SS. Locorum, Terræ Sanctæ major cultus, & assistentia Religiosorum in illis residentium, in cuius fidem opus est deputare Religiosos, qui curam assumant & habeant, eleemosinas in hinc Regnis, necnon Brasili, quæstundi, & eas a fidelibus, ut moris est, colligendi; & quia æquum ac justum est, ut omnes & singulæ Provinciæ in tam sanctum Opus concurrant: cunctorum quidem honor est, sacra Custodia at-

que Sanctorum Locorum manutentio, in quibus Redemptio nostra operata est. Inde praesertim vigore rogamus, monemus, & exhortamur RR. PP. VV. in visceribus Jesu Christi, ne se excusent, ac retrahant in cooperando, quantum valeant ad prefatum effectum, concedentes ac designantes R. P. Commissario Tertia Sancta Religiosos uniuscujusque Provincie nostrae ad instantiam & beneplacitum ejusdem P. Commissarii in quæstores eleemosynarum tam in eo Regno quam Brasili, alisque Ditionibus, & quidem eos, qui qualitatibus ad id necessariis & opportunitatis sint prædicti, ut de zelo & religiositate PP. VV. confidere debemus. Quibus paternam nostram benedictionem impetrerimus.

Datum in hoc nostro Conventu Sancti Francisci Matriti die 18. Septembris 1733.

Fr. Joannes Soto Minister Generalis.

De mandato S. P. Reverendissima Fr. Didacus Spinosa Secretarius Generalis Ordinis.

Confirmatur.

*S. 2.* Cum autem, sicut eadem expositio subjungetur, prædictus modernus Commissarius Generalis, exponens præmissa, quod firmius subsistat, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summodere desideret; Nos ipsius moderni Commissarii Generalis exponentis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annueremus, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus, ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrexis, inclinati, praefertas ejusdem Joannis Ministri Generalis literas patentes, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus & approbamus; illisque inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus; ac omnes & singulos juris & facti defecimus, si qui defuper quomodolibet intervenient, supplemento.

Clausula.

*S. 3.* Decernentes, eisdem præsentes literas semper firmas validas & efficaces extere & forte, suosque plenarios & integratos effectus fortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; siveque in præmissis per quoquecumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causalrum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiti debetur, ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

*S. 4.* Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Ordinis & Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concordis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permanuris, ad præmissorum effectum hanc vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariais quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 13. Februarii 1734. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

Confirmantur privilegia, gratiae, facultates, & indulta Collegii Montis Altii Civitatis Bononiæ, ac præcipue qua Cardinali Protectori concessa sunt.

### C L E M E N S P A P A X I I .

*Ad perpetuam rei memoriam.*

CXXVIII.

Dat. die 16.  
Feb. 1734.  
Pont. An. IV.

Exordium.

*E*x injuncto Nobis calitus Apostolicæ servitutis munere illa, quæ ex circumspecta Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum providentia in favorem ac commodum Collegiorum ad rectam piæmque Juventutis educationem, & literarum Studiis, alisque laudabilibus Disciplinis instructionem, ubique, ac præsertim in temporali Sanctæ Romanae Ecclesiæ Ditione institutorum salubri consilio emanasse noscuntur, ut firma semper atque illibera persistant, Apostolici munimini nostri præsidio, cum a nobis petitur, libenter corroboramus.

*S. 1.* Dudum siquidem fel. record. Sextus PP. V. Prædecessor Noster, Collegium Montis Altii nuncupatum in Civitate Bononiæ, a se fundatum & erectum, illiusque Rectorem, Scholares, Cappellanos, Oeconomos, Officiales, Ministris, ac personas & bona universa ab omni pro tempore existentium Sedis Apostolicae in prædicta Civitate Bononiæ, de latere Legati, & Archiepiscopi Bononiæ & quorumvis aliorum Judicum superioritate & jurisdictione: necnon a quadrumcumque pedagiorum impositione, ac subsidiorum solutione exemit: ipsique Collegio, ejusque Colonis, Conducentoribus, & Emphyteutis frumenta, aliaque fruges ex possessionibus dicti Collegii provenientes de quibusvis Provinciis, Terris, & Locis, eidem Romanae Ecclesiæ mediate vel immediate subiectis, cuiusvis licentia desuper minime requisita, & absque alicuius pecunie vel alterius rei solutione & præstatione extrahendi, & ad prædictum Collegium pro illius ufo conduceundi, & etiam illas in præfata Civitate Bononiæ, illiusque Comitatu, ac reliquo Stato Ecclesiastico vendendi, & de illis ad eorum libitum disponendi: pro tempore vero alter existenti Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinali ejusdem Collegii Protectori ac Judici ordinario, Officiales & Ministris deputandi, statuta condendi, omnesque lites & causas civiles, criminales, & mixtas, dictum Collegium illiusque personas, res & bona quomodolibet concernentes, tam activas quam passivas, etiam illas a quibuslibet Judicibus avocando, privative quoad omnes & singulos alios Judices ordinarios & delegatos eorumque Curias, & Tribunalia audiendi, cognoscendi, & fine debito terminandi facultatem tribuit: diversaque habeat privilegia, facultates, prærogativas, gratias, & indulta eidem Collegio illiusque personis, rebus & bonis concessit ac elargitus est, & alias, prout in ipsis Sixti Prædecessoris literis desuper sub plumbo anno Incarnationis Dominicae 1588. decimoquinto Kal. Decembris expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plene & sufficienter expreso ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, ubi tamen continetur.

*S. 2.* Cum autem, sicut dilecti filii Rector & Scholares Collegii prædicti Nobis nuper exponi fecerunt, præfati Sixti Prædecessoris literæ, ac in eis contenta, hactenus illibate, ut par erat observata, fuerint, ac etiamnum plenum obtineant vigorem: privativaque jurisdictione Cardinali Protectori, sicut præmititur, attributa geminis etiam rescriptis Signaturæ Justitia, ac novissime decreto

Collegium  
hoc a Sixto  
PP. V. fun-  
datum.

Et privilegiis  
ornatum.

Privativa  
Cardinali  
Protectori  
atributa ju-  
risdictione.

per